

CLEMENS PP. XIII.

AD FUTURAM REI MEMORIAM. Aliis fel. rec. Benedicto P. L. XIV. Predecessori nostro pro parte cl. mem. Ferdinandi dum vixit Hispaniarum Regi Catholici expositis quod dudum rec. mem. Clemens P. L. XII. Predecessor in idem nosse Hospitali Dolorum Jesu Christi Crucifixi nunci Mulierum invalidarum Civitatis Ispalen quod ut idem Clemens Predecessor accepit, cl. in idem mem. Philippo V. Genitori tuo dum pariter vixit eandem Hispaniarum Regi Catholico gratum et acceptum existebat de alienis subventionis auxiliis providere volens Hospitali pro et pro eo illius Rectoribus seu Administratoribus pro tempore existentibus vel eorum legitimo Procuratori unam pensionem annuam trecentorum quadraginta quinque Ducatorum auri de Camera et unius Suly monete super fructibus redditibus et proventus mensis Archiepiscopalis Ispalen que de iure patronatus ipsius Philippi Regis ex Privilegio Apostolico cui non inveniebatur eatenus in aliquo derogatum esse dignoscatur ad quatuordecim annos tunc proximos tantum duraturam sub certi modo et forma tunc expressis ac de consensu tunc pariter existentis Archiepiscopi Ispalen et per Rectores seu Administratores pro in subsidium et subventionem mulierum invalidarum in dicto Hospitali tunc et pro tempore existentium iuxta dicti Philippi Regis mentem et intentionem et non in aliorum conventu auctoritate Apostolica reservaverat constituerat et assignaverat et alias prout in dicti Clementis Predecessoris litteris desuper sub Plumbo expressis ubi dicitur dicebatur contineri et in eadem expositione subintra quod quatuordecim anni ad quos penitus pra reservata fuerat iam expiraverant vel brevi expiraturi erant cause vero propter quas reservatio pensionis facta fuerat adhuc perdurabant cupiebatque propterea dicti Ferdinandi Rex eandem pensionem ad aliud eidem Benedicto Predecessori benivolunt tempore provogari et tunc existens Archiepiscopus Ispalen suum ad id consensum prestitit idem Benedictus Predecessor supplicationibus dicti Ferdinandi Regis nomine super hoc humiliter porrectis inclinatis reverentia hionem constitutionem et assignationem supradicta pensionis annue trecentorum quadraginta quinque Ducatorum auri de Camera et unius Suly mte super eisdem fructibus redditibus et proventus dicta Mensis Archiepiscopalis Ispalen eidem Hospitali et pro eo illius Rectoribus seu Administratoribus ad alios quatuordecim annos a die cessationis reservationis pte computari servata tamen in omnibus et per omnia forma et dispositione dictarum litterarum eiusdem Clementis Predecessoris auctoritate Apostolica provogavit extendit et amplavit et alias prout in ipsius Benedicti Predecessoris litteris desuper in simili forma Brevis die XXVII. Januarii. M D C C L expeditis litteris quorum tenorem partibus pro expresso haberi volumus ubi dicitur contineri ad autem sicut Charissimus in Christo Filius Noster Carolus eandem Hispaniarum Rex Catholice Nobis nuper exponi fecit quatuordecim anni a dicto Benedicto Predecessore provogari extendi et amplari ut pariter iam effluxerint seu brevi effluxuri sint cause vero huiusmodi adhuc duent ac providere Idem Carolus Rex pensionem annuam ptam ad alios quatuordecim annos a nobis provogari summo more cupiat ac Reverendissimi Fratris in deo Archiepiscopi Ispalen suum pariter ad id consensum iam prestitit. Nobis propterea idem Carolus Rex humiliter supplicari fecit ut in premissis opportune providere et ut infra indicere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur ipsius Carolus Regis pio desiderio hac in re quantumcum Domino possumus favorabiliter annuere volentes ac Rectorum seu Administratorum Hospitali pti singulaves pro et a quibus excommunicacionis suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis censuris et penis a deo vel ab homine quavis occasione vel causa latas si quibus quomodolibet inmodice existunt ad effectum partium tantum consequendum hanc serie absolvimus et absoluta fore censuris huiusmodi supplicationibus inclinatis de Veniunt et ratum nostrorum et de Romane Ecclesie Cardinalium Concilio Tridentini duobus precibus ad quos supplicem libellum nobis porrectum venimus sententiam attentis navatis reservationem constitutionem et assignationem supradicta pensionis annue trecentum quadraginta quinque Ducatorum auri et unius Suly monete super fructibus redditibus et proventus dicta Mensis Archiepiscopalis Ispalen Hospitali pauperum Mulierum invalidarum Civitatis pte et pro eo illius Rectoribus seu Administratoribus pro aut illorum legitimo Procuratori a Clemente XII. facta sicut premititur et a Benedicto Predecessoribus ad quatuordecim annos in idem provogata extendit et amplata attentis consensu ab Archiepiscopo ut pariter iam premititur ad alios quatuordecim annos a fine seu die cessationis quatuordecim annorum ab eodem Benedicto Predecessore provogationem computari servata tamen ceterisq; Clementis et Benedicti Predecessorum partium litterarum forma et dispositione auctoritate Apostolica tenore partium provogamus in idem extendimus et ampliamus. Salva tamen semper in premissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium Decretis eandem partes litteras firmas validas et efficaces existere et fore suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere ac ipsi Rectoribus seu Administratoribus nunc et pro tempore existentibus in omnibus et per omnia plenissime suffragari sicque in premissis per quoscumque Iudices Ordinarios et Delegates etiam causarum Palatii Apostolici Audire et iudicari et definituri de bere ac irritum et inane si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari non obstant omnibus et singulis illis que dicti Clemens et Benedictus Predecessores in suis litteris pti voluerunt non obstant ceteris que contrariis quibuscumque. Datum Roma apud Sanctam Mariam Maiorem sub annulo Piscatoris die XXVII. Septembris. M D C C L X. Pontif. Nri Anno Tertio.

Comisalazon Sta Bulla  
Cris Libros de Pen. Sta Mesa  
sa Ispal, al fol. 46.  
Barral

Pro Nro Cardinali Casione  
Joannes Floris Sabitany



CL. EN...  
1713

PERGAMINOS, 603



*[Handwritten signature]*  
DIPUTACIÓN DE SEVILLA  
ARCHIVO



PERGAMINOS, 603  
Hospital del Pozo Santo, leg. 6

X